

**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

Chierici Regolari Somaschi

BIOGRAFIE C.R.S.

n. 182

Curia Generalizia - Roma

Probabilmente di Menaggio (Como). Professò nel collegio Gallio di Como il 16 X 1667.

Nel 1667 era residente di casa in S. Maria segr. di Milano.

Nel 1682 era vicepreposito in S. Lucia di Cremona.

Sembra che abbia passato il resto di sua vita a Como; ivi fu rettore del Gallio dal 1691 al 1697, riconfermato per il 2º triennio per volontà del Card. Ciceri capo dei Deputati dell'O.P.

Ivi morì vicepreposito, in età di anni 57, nel marzo 1704.

divina ed umana, e il suo perfezione « sensus Ecclésiae ».  
da cui si ricoglie la rettitudine delle sue interpretazioni della Legge  
e una raccolta di « Gesi morali » volti all'accademica di S. Tommaso,  
un volume di « Omelie », che dimostrano il suo studio e la sua dottrina,  
Massa, superiore e perfezio della Maddalena. Morto il 18 3 1702. lasciò  
1798, per cui fu sepolto a Novi assieme ai Somaschi. Gressi è P.  
le invocanze del giovane monastero di Importazione francese nel  
monastero resisteremmo prima  
della Rep. di Genova per la difesa dei diritti della Chiesa e della Auto-  
avendo dovuto contrarre con la gelosia della Giulia di Guastidione

TESTAMENTO DI BULZI GREGORIO  
PAPA DI P. BULZI ANGELO MARIA CRS.

→ con Beppefrida CRS n. 182

Archivio di Stato di Como (ASCo)

Notarile

Notario: Maranesi G. Battista (Como)

Cartella 2220

In nomine Domini

1670 Indictione 8.a, die Lune 9 mensis Iunii hora 22 vel circa

Quoniam et caetera

Ideo Gregorius Bulzia filius quandam Ioannis Petri habitans Comi Parochiae sancti Provini, sanus Dei gratia mente, sensu, loquela, visu, intellectu et corpore, timens et caetera et nolens fecit et caetera infrascriptum eius testamentum nuncupatum, quod sine scriptis appellatur in hunc qui sequitur modum, videlicet.

In primis eius animam Omnipotenti Deo et caetera commendavit sepulcrumque suum elegit et caetera in ecclesia **sanctae Crucis Comi foris Reverendorum Fratrum Reformatorum sancti Francisci** in eius sepulcro, ubi vult cadaver suum sepeliri debere, illudque ad sepulcrum associari cum assistentia omnium dictorum Reverendorum Fratrum Reformatorum, duodecim Praesbiterorum, computato multum Reverendo Paroco dictae ecclesiae sancti Provini Comi et trium Confratrum **Confraternitatis sanctae Marthae Comi foris**.

Item cassavit et caetera omnia alia eius testamenta et caetera, et in specie, ita quod specialitas generalitati non deroget, nec enim contra illum testamentum per dictum testatorem conditum rogatum per nunc quondam dominum Antonium Rezanum, olim Comi notarium et causidicu[m], die 8 septembris 1633 et vult et caetera hoc presens sumum testamentum caeteris omnibus praevalere, etiam si in eis et ea adessent aliqua verba derogatoria, de quibus hic fieri deberet specialis mentio.

Item mandavit et caetera ut omnia mala ablata et caetera restituantur.

Item gravavit infrascriptum eius haeredem ad celebrari solvendum statim post dicti Testatoris obitum officia duo à mortuis, unum nempe in dicta ecclesia sanctae Crucis Comi foris cum missis omnium sacerdotum dictorum Reverendorum Fratrum Reformatorum, et alterum in dicta ecclesia parochiali sancti Provini Comi, cum missis decem octo computata missa decantanda et cum interventu omnium Parochorum civitatis et suburbiorum Comi in remedium animae dicti Testatoris.

Item pariter gravavit infrascriptum eius haeredem ad celebrari faciendum semel tantum statim post dicti Testatoris obitum missas centum quinquaginta, nempe quinquaginta a dictis multum Reverendis Fratibus Reformatis in dicta ecclesia sanctae Crucis Comi foris, alias missas quinquaginta a multum Reverendis Patribus Clericis Regularibus Somachis in eorum **ecclesia Beatae Virginis Mariae Lauretanæ** Comi foris, et alias missas quinquaginta a multum Reverendis Fratibus Discalceatis sanctae Theresiae in eorum **ecclesia Spiritus Sancti et Sanctae Teresiae sita in Burgo vici** Comi foris, et hoc in remedium animae dicti Testatoris.

Item pariter gravavit et caetera infrascriptum eius haeredem ad satisfaciendum eius creditoribus de<sup>a</sup> omnibus debitis per eum factis et aliis et caetera si quae et caetera.

Item legavit et caetera venerandae Confraternitati sanctae Marthae Comi foris libras viginti imperiales, ei semel tantum dandas et caetera per infrascriptum eius haeredem statim<sup>b</sup> post eius obitum in remedium eius animae, quem eius haeredem obligavit, et obligat ad accommodandum dictam Confraternitatem sanctae Marthae omni anno illas duas tabellas magnas in picturis, quas dictus Testator accommodare solet dictae Confraternitati, et hoc donec durabunt dictae duas tabellae, pro ornanda dicta ecclesia sanctae Marthae die eius festivitatis tantum.

Item legavit et caetera venerandae Congregationi Mercatorum erectae in venerando Collegio multum Reverendorum Patrum Societatis Iesu Comi libras viginti quatuor imperiales eidem venerandae

<sup>a</sup> Nel testo "cius creditoribus de" è sovrascritto.

<sup>b</sup> Nel testo erroneamente "satim".

Congregationi semel tantum dandas et caetera per infrascriptum eius haeredem, statim post eius obitum, obsecrans descriptos in dicta veneranda Congregatione ad faciendum semel tantum sanctissimam Communionem cum applicatione indulgentiae pro anima dicti Testatoris.

Item gravavit et caetera infrascriptum eius haeredem ad solvendum statim post eius obitum venerandae Confraternitati suffragi mortuorum erectae in ecclesia Cathedral<sup>1</sup> Comi quicquid solvere defecerint dictus Testator et infrascripta Catharina à Valle eius uxor dictae venerandae Confraternitati pro illis scutis quatuor, quod quilibet descriptus in dicta veneranda Confraternitate solvere tenetur, ad finem ut dicta veneranda Confraternitas possit celebrari facere officia et missas ut solet pro animabus dictorum iugalium.

Item pariter gravavit infrascriptum eius haeredem, eiusque haeredes, et successores usque in perpetuum ad celebrari faciendum omni anno usque in perpetuum missas octuaginta celebrandas a multum Reverendo Patre Don Angelo Maria Bulzia Clerico Regulare Congregations Somaschae dicti Testatoris filio, et ubi eas, vel eorum partem celebrare non posset, possit suppleri facere ab alio sacerdote ipsius venerandae Congregationis Somaschae ei beneviso, et hoc pro tempore, quo dictus multum Reverendus Presbiter Don Angelus Maria vixerit tantum, post mortem vero dicti multum Reverendi Domini Presbiteris Don Angelii Mariae dictus Testator vult, quod infrascriptus eius haeres, et ut supra dictas missas octuaginta omni anno usque in perpetuum celebrari faciant a multum Reverendis Fratribus Carmelitanis Discalceatis sanctae Theresiae Conventus Spiritus Sancti et sanctae Theresiae siti in Burgo vici Comi foris in ecclesia dicti Conventus, dando pro aeleemosina dictarum missarum ut supra celebrandarum solidos quindecim Imp. pro singula missa, et si dicti [sic] multum Reverendus Presbiter Don Angelus Maria et dicti multum Reverendi Fratres Carmelitani Discalceati suprascripti Conventus; aut alter eorum praetenderent seu praefererent maiorem aeleemosinam dictorum solidorum quindecim pro singula missa, et nollent aut nollet pro simili aeleemosina solidorum quindecim pro singula missa dictas missas celebrare<sup>2</sup> eo in casu dictus Testator tribuit facultatem infrascripto eius haeredi, et ut supra, ut possint dictas missas celebrari facere in ecclesia eius benevisa, et hoc pro tempore tantum, quo dicti superius nominati, vel alter eorum recusabunt, seu recusabit eas celebrare pro suprascripta aeleemosina solidorum quindecim pro singula missa, obligando dictus Testator pro suprascripto onere dictarum missarum omnia eius bona, et in specie. Ita quod specialitas generalitati non deroget, nec enim contra domum unam terraneam et solariam cum horto annexo muris circumdat, sitam in Burgo vici Parochiae sancti Georgii Comi foris per dictum Testatorem acquisitam ab Olimpia Paravicino Borsiera per instrumentum ut dictus Testator assent rogatum per Joachinem Orlandum Cettum Comi Notarium, dicit et caetera in eo contentis. Insuper dictus Testator vult, quod si aliquo futuro tempore dicti multum Reverendi Fratres Carmelitani Discalceati suprascripti Conventus<sup>3</sup> cuperent habere suprascriptam domum cum horto, quod infrascriptus eius haeres, et ut supra ad omnem eorum requisitionem teneantur dictam domum cum horto eius vendere, reportata lamen prius ab ipsius mutum Reverendis Fratribus eorum propriis expensis opportuna dispensatione senatus excellentissimi, et non alter, cum alter et caetera, dummodo loco preti dictorum domus et horti dicti multum Reverendi Fratres Carmelitani Discalceati in se se assumant suprascriptum onus missarum octuaginta omni anno ut supra celebrandarum usque in perpetuum, et obligent cum opportuna licentia eius superiorum pro implemento suprascripti oneris omnia bona suprascripti eorum Conventus, ac liberent infrascriptum eius haeredem, eiusque haeredes et successores à dicto onere ac ab obligatione onerum mensualium sive taxarum dictae domui et horto infrascriptis incumbent<sup>4</sup>, qua obligatione et liberatione secutis dictus Testator vult dicti multum Reverendi Fratres dicti Conventus possint de dictis domo et horto disponere ad omnem eorum liberam voluntatem.

Item legavit et caetera, ac iure legati, et institutionis reliquit et caetera Reverenda sor Theresiae Catharinæ Bulziae eius filiae legitimæ et naturali per eum susceptæ ex dicta et infrascripta Catharina à Valle eius legitima uxore Moniali professæ in Monasterio sancti Marci Comi foris libras ducentum imp. et plus etiam usque ad libras centrum imp. pro emenda cela pro dicta Reverenda sor Theresia Catharina, ei semel tantum dandas et caetera per infrascriptum eius haeredem, cui etiam Reverenda sor Theresiae Catharinæ<sup>5</sup> ultra eius dictus Testator legavit et caetera alias libras decem imp. omni anno donec ipsa vixerit, tantum<sup>6</sup> ultra eius annuum livellum librarum tringita imp., eidem solvendas per infrascriptum eius haeredem, et hoc in signum benevolentiae, qua eam prosequitur, ac etiam pro omni et tolo eo quod praetendere posset contra dictum Testatorem et eius bona et caetera quavis de causa et caetera.

<sup>1</sup> Nel testo "Cathedral" è sovrascritto.

<sup>2</sup> Nel testo "dictas missas celebrare" è sovrascritto.

<sup>3</sup> Nel testo "suprascripti Conventus" è sovrascritto.

<sup>4</sup> Nel testo "ac ab obligatione... incumbet" è sovrascritto e scritto lateralmente.

<sup>5</sup> Nel testo "Catharinæ" sovrascritto.

<sup>6</sup> Nel testo "tantum" è sovrascritto.

Item legavit et caetera, ac iure legati, et institutionis reliquit et caetera Franciscae Magdalene Bulziae pariter dicti Testatoris filiae legitimae et naturali per eum susceptae ut supra; sponsae et futurae uxori Francisci Varenae illas libras decem mille imp. per dictum Testatorem promissas predicto Francisco Varenae pro dote dictae Franciscae Magdalene eius filiae in instrumento conventionum matrimonialium rogato per dominum Fulvium Decurionum Mediolani Notarium die 5 maii proxima praeterit, nec non schelpham<sup>1</sup>, seu bona parafernalia iuxta statum et gradum dicti Testatoris, eidem Franciscae Magdalene, seu dicto Francisco Varenae eius sponso, et futuro marito. Casu quo per dictum Testatorem tempore eius mortis soluta et data non fuerint, danda, et solvenda per infrascriptum eius haeredem respectu dictarum librarum decem mille imp. tempore convento in suprascripto conventionum matrimonialium instrumento, et ad formam dicti instrumenti, et respectu schelphae tempore matrimonii, ipso tamen Francisco Varena promissa per eum in dicto instrumento conventionum matrimonialium adimplente, nec non et ipsa Francisca Magdalena faciente favore infrascripti dicti Testatoris haereditatis finem, et venditionem haereditatis generalem in ampla, et valida forma iuxta stylum civitatis Comi, et hoc pro omni et toto eo quod dicta Francisca Magdalena quomodolibet petere et caetera possent quavis de causa contra hereditatem, res, et bona dicti Testatoris etiam ratione legitime et iurium dotalium maternorum dictae eius matris.

Item legavit et caetera, ac iure legati, et institutions reliquit et caetera Caeciliae Apolloniae Bulziae, similiter dicti Testatoris filiae legitimae, et naturali nubili libras decem mille imp., et schelpham, seu bona parafernalia iuxta dicti Testatoris statum, et gradum, ei semel tantum danda et caetera, nempe libras octomilie imp. in bonis denariis numeratis, et schelpham, tempore matrimonii temporalis, et restantes libras duas mille imp. termino annorum quinque post matrimonium absque aliquo interrussio, ubi temporaliter nubat; ubi vero Religionem ingredietur, et Monialis officiarum, eo in casu ei legavit et caetera iure institutionis domet, et schelpham solitam portari in Monasterium, in quo ipsa ingredietur, nec non livellum annum librarum quadraginta imp. donec ipsa vixent, et interim mandat eam alimentari, ab infrascripto eius haerede in eius domo condecenter iuxta eius, et dicti Testatoris qualitatibus, et statum, gravans eam ad facendum finem, et venditionem haereditatis generalem in ampla, et valida forma favore infrascripti eius haereditatis iuxta stylum civitatis Comi, et hoc pro omni, et toto eo, quod dicta Caecilia Apollonia quomodolibet petere et caetera possent quavis de causa et caetera contra haereditatem, res, et bona dicti Testatoris, etiam ratione legitimae et iurium dotalium maternorum dictae eius matris.

Item legavit et caetera Reverendae Dominae Sor Franciscae Magdalene Bulziae Moniali professae in dicto Monasterio sancti Marci Comi foris dicti Testatoris sorori libras tringita imp., ei dandas, et solvendas per infrascriptum eius haeredem omni anno donec ipsa vixerit tantum, et hoc in signum amoris, ac pro omni, et toto eo, quod pretendere posset contra eius haereditatem, et bona et caetera quavis de causa et caetera.

Item legavit Ioannae Bulziae uxori relicte quondam Petri Antonii Rubei, similiter dicti Testatoris sorori, libras duas mille imperiales, creditum librarum quadraginta sex, solidorum duodecim imp. quod dictus Testator habet contra haeredes dicti quondam Petri Antonii Rubei, alias dicti Testatoris sorori, et prediciae Ioannae mariti, prout constat eius libri et aliud creditum, quod dictus Testator habet contra haeredes nunc quondam Domini Camilli Ciceri occasione restaurarum fictorum, seu dannorum, et interesse culusdam capitalis per dictum Testatorem exacti, quae dama, et interesse ascendent ad libras mille ducentum imp., aut plus, aut minus prout in facto reperiatur, nec non et omnia bona mobilia dictae Testatoris eidem Ioannae per dictum Testatorem accommodata, ac tantam partem debilitate dictae Ioannae quantum capit summa librarum quinquaginta trium, solidorum octo imp. tantum, si tempore mortis dicti Testatoris dicta Ioanna erit debitrix ipsius Testatoris, eidem Ioannae per infrascriptum eius haeredem solvendas dictas libras duas mille imp. termino annorum duorum post eius mortem absque aliquo interim interrusio. Protestans dictus Testator de presenti se esse debitorem dictae Ioannae eius sororis de libris septem centum quinquaginta imp. per eum receptis a dicta Ioanna eius sorore, pro quibus solvit dama, et interesse in rationem librarum trium imp. pro cento librarum in anno, ut constat scriptura privata per dictum Testatorem facta, et subscripta penes dictam Ioannam existente, quae si per dictum Testatorem tempore eius mortis, aut ante non fuerint restitutae, dictus Testator vult, quod infrascriptum eius haeres teneatur ad omnem dictae Ioannae requisitionem eas restituere eidem Ioannae, et haec omnia in signum amoris, ac pro omni, et toto eo, quod dicta Ioanna, et eius haeredes quomodolibet petere possent quavis de causa, etiam in excoigitata contra haereditatem, res, et bona dicti Testatoris, etiam ratione haereditatis paternae, et maternae, ipsius Ioannae, gravans eam ad de novo ratificandum et approbadum finem, et venditionem haereditatum generalem per eam factum dicto Gregorio eius fratri rogatum per Causidicum dominum Ioannem Baptistam Cataneum Comi notarium, die et aliter presens legatum dictus Testator vult et intendit ut sit nullius valoris, ac si ab eo non esset factum.

<sup>1</sup> In territorio comasco la "schelpha" coincideva con il corredo assegnato alla sposa, consistente generalmente in vesti, arredi e gioielli.

Item legavit et caetera Reverendae dominas sor Iuliae Catharinae à Valle Moniali professae in dicto Monasterio sancti Marci Comi foris eius sororae philippos quatuor, ei semel tantum dandos et caetera per infrascripum eius haeredem statim post eius obitum in signum benevolentiae.

Item legavit et caetera Angelicae uxori Francisci Bulziae, Barbarae uxori Constantis Poncini, et Catharinae uxori Franci Bulziae sororibus à Valle filiis quondam Pagani dicti Testatoris neplibus libras vixinti imp. pro singula earum, eis, et cuilibet earum semel tantum dandas et solvendas per infrascripum eius haeredem statim post eius obitum in signum amoris, quo eas prosequitur, ac eliam pro omni, et toto eo, quod praetendere possent contra dictum Testatorem et eius bona et caetera quavis de causa et caetera.

Insuper dictus Testator reliquit et caetera Catharinam à Valle eius uxorem benemeritam, et quae rem familiarem valde auxit dominam, et usufructuarium omnium bonorum dicti Testatoris, donec ipsa vixerit, et in habitu viduali steterit, lectumque, et honorem mariti custodient, et vult domum usufructum peripit per dictam eius uxorem, una cum infrascripito eius haerede, illamque etiam curaticem generalem deputavit et caetera infrascripito eius filio et haerede in pubertate constituto absque onere confidendi inventarium, aliquius fidelissimorum praestandae, et rationis reddendae, a quibus dictus Testator dictam Catharinam presentem liberavit quia de ea multum confidit ob eius benemeritam. Ita tamen, ut teneatur conferre fructus eius dotis ascendentis ad libras mille quinquecentum imp. per dictum Testatorem, seu verius per dictum quondam Ioannem Petrum Bulziam olim dicti Testatoris patrem una cum ipso Testatore receptus, nempe libras mille imp. a quondam Pagano, et multum Reverendo domino Francisco, olim Canonico ecclesiae Collegiate sancti Fidelis Comi fratribus à Valle, olim dicti Testatoris sororis ad bonum computum dotis dictae Catharinæ dicti Testatoris uxoris, et pfaetatorum fratum à Valle sororis, pro quibus dictus quondam Ioannes Petrus Bulzia feci dictis fratribus à Valle confessionem manuscriptum ut dictus Testator assent, et reliquias libras quinquecentum una cum aliis libris quinquecentum quinquaginta<sup>1</sup> imp. quas dictus Testator detrahit, et pro se relinet pro expensis per eum factis in lito mota ad instantiam dictae Catharinæ coram excellentissimo Mediolani Senatu contra fratres Masenzanas, quae terminata fuit amicabiliter, mediante exbursatione, et solutione librarum mille quinquaginta imp. quae<sup>2</sup> ad manus dicti Testatoris pervenerunt, ut constat instrumento transactionum, ut assent tradit per dominum dominum Ioannem Baptista Cattaneum, et Ioannem Paulum Piazzolum ambos Comi Notarios, et Causidicos die et caetera in eis contentis, cui etiam Catharinæ, eius uxori dictus Testator legavit et caetera omnes vestes<sup>3</sup>, pannos, ac blanchariam ad eius Catharinæ usum paratos, quinque annulos aureos in eius electionem, quae de presenti sunt penes dictam Catharinam, vulgo una prospetiva auri cum gemma, omnes perlas, et granatas. Ubi vero dicta Catharina, eius uxor, non posset, seu nollet habitare cum infrascripito eius haerede, eo in casu eidem uxor sua mandat per infrascripum eius haeredem solvi dictas libras mille quinquecentum imp. per dictum Testatorem ut supra receptas, una cum eius schelpa per eam ad maritum delata, ac vulgo un'agnus auri, et coralis, quae sunt propria dictae eius uxoris pro qua schelpa dictus Testator vult, quod infrascripsum eius haeres stari debeat simpli dicto dictae Catharinæ, nec non omnes vestes, pannos, blanchariam et alia ut supra ei legata, ac etiam libras quatuorcentum imp. singulo anno, donec ipsa vixerit, et in habitu viduali steterit, quas ei deserire debant pro supplemento eius alimentorum, attente quod fructus eius dotis non sunt suffientes pro eius alimentis luxia eius qualitatem, et statum, ac ipsius Testatoris, nec non usumfructum domus terraneae, et solaritiae dicti Testatoris, sitae Comi dictæ Parochiae sancti Provinc per dictum Testatorem acquisitae a Francisco Perto Comense, ac bonorum mobilium, et domus utensilium necessariorum pro dicta eius uxore, et ancilla iuxta eius statum, et qualitatem, ac prout declarabunt illi tres filii Religiosi dicti Testatoris, nempe duo ordinis dictorum mulum Reverendorum Fratrum Discalceatorum sanctae Theresiae, et alius Clericus Regularis Somascus, et in eorum defectu Franciscus, et Franci Bulziarum, dicti Testatoris consobrinorum, quorum declarationi dictus Testator vult, ut infrascripsum eius haeres stari debeat, et hoc donec ipsa Catharina vixerit, et in habitu viduali steterit, et cum ea lege et caetera, quod dicta Catharina durante dicto usufructu teneatur solvere de eius propriis pecunis omnes taxas, sive onera mensualia ordinaria, et extraordinaria dictæ domui spectantia. Relinquens proinde dictus Testator eius bona obligata pro restituitione dictarum librarum mille quinque centum imp. et schelpa, et hoc ad favorem dictæ Catharinæ presentis stipulantis.

Et haec omnia non obstantibus statutis Comi disponentibus maritum non posse uxorem haeredem instituere nec ei legare ultra libras vixinti quinque imp., pro quorum derogatione et confirmatione suiplorum omnium dictus Testator mandat supplicari excellentissimo Mediolani Senatu in qualibet verborum forma et substantia, constituens proinde dictam eius uxorem procuratricem irrevocabilem et in rem propriam

<sup>1</sup> "quinquaginta" è sovrascritto.

<sup>2</sup> "quae" è sovrascritto.

<sup>3</sup> "vestes" è sovrascritto.

<sup>4</sup> Ripetuto due volte nel testo.

duraturam, etiam post mortem dicti Testatoris ad supplicandum ut supra, et dictam confirmationem obtinendum, etiam elapsu anno, die et mense stylo Cancellariae in contrarium non attento.

In omnibus autem dicti Testatoris bonis et caetera per eum tempore eius obitus relinquendis dictus Testator instituit sibi haeredem universalem, ore suo proprio nominando, et quem nominavit et nominat, Ioseph Antonium Bulzias eius filium legitimum et naturalem, per eum susceptum ex dicta Catharina à Vale eius reverentiam ac eam diligendum ut decet et cum ea habendum donec ipsa vixerit.

Cum ea lege et conditione ut, ubi dictus Ioseph Antonius decedat sine filiis legitimis et naturalibus ac de legitimo matrimonio natis et procreatis ex sui proprio corpore, eo in casu dictus Testator dicto Ioseph Antonio eius filio sic ut supra decedenti in binis dominibus terraneis et solarialis dicti Testatoris, sitis Comi Parochiae sancti Provini praedicti, ac in horto domui magnae annexo, quae domus magna cum horto annexo fuit per dictum Testatorem empta ad hastam in concurso creditorum quondam Caesaris et Alfusni patrui et nepotis Rezanorum, ut constat publicis documentis et altera per dictum Testatorem acquisita fuit à dicto Francisco Perto Cumense, substitut supra scriptas Franciscam Magdalenum et Caeciliam Apollonianam sorores Bulzias dicti Testatoris filias legitimas et naturales, non obstante quod tempore casus dictae substitutionis fecissent finem et venditionem haereditatum generalem supra scripto eius haeredi, ubi vivant, sin minus eorum filios legitimos et naturales et de legitimo matrimonio natos et procreatos per stirpes, et non per capita, et hoc vulgariter pupillariter et per fideli commissum et alias omni meliori modo et caetera et cum conditione et caetera dictis sororibus Bulzis, vel eorum filios, in iuncta, quod eveniente casu substitutionis fiendae in dictas sorores Bulzias, vel eorum filios, eo in casu teneantur celebrari facere omni anno usque in perpetuum missas centum in dicta ecclesia sanctae Marthan Comi foris in remedium animae dicti Testatoris.

Insuper dictus Testator expresse prohibuit et prohibet dicto Ioseph eius filio et haeredi detractionem trebellianicae de dicto fideicommisso, ac quod non possit facere, nisi in casu negotiacionis, aliquam fideiussionem excedenter summam sculorum quinquaginta pro aliqua persona sub poena nullitatis dictae fideiussionis et contractum superinde fendorum.

Nec non cum ea lege et caetera ut ubi dictus eius filius haeres ut supra institutus delictum comittat aut condemnationem seu multam patiatur, propter quod seu quae bona dicti Testatoris venirent confiscanda per aliquem fiscum secularem seu ecclesiasticum in toto seu in parte. Eo in casu dictus Testator dictum Ioseph Antonium eius filium delinquentem hora preambula delicti privatus et privat dicti haereditate et bonis, tam respectu propriatis quam fructuum, et vult eo in casu dicta eius bona cum fructibus et fictis pervenire in eius filios legitimos et naturales et de legitimo matrimonio natos et procreatos, vel naturales, deflecta filiorum<sup>8</sup> natorum de legitimo matrimonio, si quos habeat sin minus in supra scriptas Franciscam, seu Magdalenum et Caeciliam Apollonianam sorores Bulzias dicti Testatoris filias et eis non existentibus in eos, seu eorum in quos, seu quem bona dicti delinqentis in casu mortis naturals ipsius ad intestato pervenire deberent non delinquentes, seu non delinquentem, quos non delinquentes, seu non delinquentem eo in casu dictus Testator sibi et dicto delinquente substitut vulgariter pupillariter et per fideicommissum et alias omni meliori modo sine aliqua detractione legitimae, trebellianicae, falcidiae vel alicuius quartae, etiam respectu fructuum separatarum à solo et reddituum seu fructuum maturatorum. Ita tamen ut ubi dictus Ioseph Antonius delinquens in gratiam Principis, seu superioris redeat, vel obfineat absolutiōnem a multa, delicto vel poena, eo in casu dictus Testator mandat ei restituī dicta bona in fructibus, medio tempore perceptis deductis legitimis expensis et praedicta serventur toties quoties casus eveniet (quem Deus avertat).

Declarans dictus Testator se hoc non facere in fraudem fisci, sed ut dictus eius filius et haeres catholice vivat et mandatis superiorum pareat et ad omnem alium bonum finem.

Item dictus Testator mandat persolvi per dictum eius haeredem mihi Notario infrascripto scuta sex à libris sex imp. pro singulo pro mercede presentis testamenti, ita ut teneat dare dicto eius haeredi copiam unam presentis testamenti in autentica forma.

Et hanc quidem asseruit dictus Testator esse eius ultimam voluntatem.

In forma.

Et de praedictis etiam in laudem sapientis, non mutata tamen substantia

Actum in sala terranea domus habitationis dicti Testatoris sita ut supra

<sup>8</sup> "filiorum" è sovrascritto".

1. Testes et caetera: Ioanne Antonius Vasquez filius Antonii
2. Ioannes Buzettus filius quondam Franchini, ambo habitantes Comi Paroeciae sancti Iacobi
3. Thomas Magattus filius quondam Ioannis Petri
4. Paulus Magattus filius Ioannis Baptiste, ambo habitantes in Paroecia sancti Antonini Comi foris
5. Franciscus Cattenatus filius quondam Nicolai habitans in Paroecia sancti Martini Comi foris
6. Sanctinus Inzarus filius Iacobi habitans in loco Cerani ex quinque Comunibus Mezenae<sup>2</sup> Lacus Comi
7. Gulielmus Zuccottus filius quondam Ioannis habitans Comi Paroeciae sancti Nazari
8. Dominicus Taiana filius Thomae habitans Comi dictae Paroeciae sancti Provinci

Et Pronotarii: Paulus Durinus filius alterius Pauli habitans Comi dictae Paroeciae sancti Iacobi, Gaspar Masporus filius quondam Sanctini habitans Comi dictae Paroeciae sancti Provinci et Ioannes Antonius Dominicus Granata filius Caroli habitans Comi dictae Paroeciae sancti Nazari, noti et caetera.

<sup>2</sup> All'epoca Cerano, insieme a Casasco, Mezzena, Pigna e Schignano, era inserito nel territorio dei "Cinque Comuni della Mezzena" del Contado di Como.

